



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**


Brvnsvicensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Anna con. & Paulo fil. morbo populari extincta,  
hac terra condito. Georg. Fabritius Chem. Praeceptor  
suo incomparabili. Obijt Kalend. Ianuarij  
M. D. LIII.

*Dominus adiutor in oportunitatibus.*




C E L L A E.

M E M O R I A E

CATHARINAE TILENIAE Cellensis, Melchioris  
Danquardi Secretarij Megapolitani vxoris pudiciff.  
septimum prægnavtis, sed inter Héricopol.  
& Brunluigam ebrij aurigæ incuria cum viro &  
duobus filiolis bis vehiculo excussa, & ita constiter-  
nata & læta, vt paulò post huc delata, abortum fecerit:  
& vndecimo post die, ipsa quoq; piè obdormierit:  
& hoc ipso in templo, quod ante an. XVI. sponsa adierat,  
in spem latissimæ resurrectionis, sepulta sit. Anno  
CIS. IS. XXCIV. Decemb. XII.

Maritus coniugi dulciff. & opt. de se merito pietatis  
ergò cum luctu & lachrymis P.



BRVNSVICENSIA.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

*Hic iacet HENRICVS quondã Dux, conditor huius*

*Ecclesie, dignus nobilitate prius:*

*Moribus ornata sibi coniux est sociata,*

*Pauperibus larga simplicitate pia.*

*Inclita MECHTILDIS Anglorum filia Regis.*

*Nutriet angelicis hos Deus ipse cibis.*

*Adiacet apratus Rex horum sanguine natus*

OTTO

OTTO coronatus, ver mibus esca datus.

Huius erat post sponsa Philippi st. rps genorosa,  
Filia formosa, nunc cinis, ante rosa.

Qui legis hac metra, memor esto orans pro poeta:

Quid caro, quid vita, quid res? nisi mors, cinis,  
umbra.

LVNEBURGI.

EPITAPHIUM HERMANNI TVLLI-  
CHII, PRIMI SCHOLAE LVNE-  
burg. Rectoris.

**H**ermannus iacet hic TVLLICHVS ille,

Orator bonus, & Poeta felix,

Huius scepra schola tenebat vrbis

Magna laude diu, sed ante tempus,

Tantum fata virum abstulere mundo,

Cum merore graui omnium bonorum.

Obijt anno 1540. Iulij XXVIII. ætat. LIV.

GEORGII STENII CILHAROEDI.

STENIVS hic recubat testudine ludere doctus,

Cui peperit nullum Teutona terra parem.

Cum moriebatur, Musa Charitesq; gemebant,

Tristis & abiecta flebat Apollo lyra.

At cælum risit, quoniam vt mortalibus antè,

Sic insigne melos nunc canit ille Deo.

IBIDEM.

HENRICO HVSANO Ilenacensi Turingo, ab  
ineunte ætate in Germania, Italia & Gallia bonis  
literis & linguis exculco, & mox supra ætatem  
egre-